sub te erit appetitus eius:
Et tu dominaberis illius.
Dixitq Cain ad Abel: fratrem suum.
Egrediamur foras. Cumq essent in
agro: consurrexit Cain adversus
fratrem suum abel: & interfecit eum.
Et ait Dominus ad Cain. Ubi est
Abel frater tuus?: Qui respondit.
Nescio. Numquid custos fratris mei
sum ego? Dixitq ad eum. Quid
fecisti? Vox sanguinis fratris tui
clamat ad me de terra. Nunc igitur
maledictus eris super terram quae aperuit
os suum et suscepit sanguinem fra-
tris tui de manu tua. Cum opera-
tus fueris eam: non dabit tibi fructus
suos. Vagus et profugus eris super
terram. Dixitq Cain ad Dominum.
Maior est iniquitas mea: quam